

Hermann Lembke

Programma Quo Hermannus Lembke/ J.U.D.& Prof. Ordinarius, Facultatis Iuridicae p.t. Decanus, Suo & Dnn. Collegarum Nomine, Ad Disputationem Inauguralem Quam Dn. Matthias Schröder/ Rostochiensis, In Auditorio Maiori, die V. Mensis Julii ... instituet : Magnificum Dn. Rectorem ... invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735192928>

Druck Freier  Zugang



Beweis

R 2 jur. 1660

Herman Lemcke, Preis. 1/6

Matthias Schröder, Resp.

mit Programm u. Gratulationen.

PROGRAMMA

Quo

HERMANNUS Lembke /


J. U. D. & Prof. Ordinarius, Facultatis
Juridicæ p. t. DECANUS,

Suo & Dnn. Collegarum

Nomine,

Ad

DISPUTATIONEM IN-
AUGURALEM



Quam

DN. MATTHIAS Schröder /

Rostochiensis,

In Auditorio Majori, die V. Mensis Julii
horis ante & pomeridianis
instituetur;

MAGNIFICUM DN. RECTOREM,

DNN. Profesores, Omnes omnium Or-
dinum Cives Academicos per-
amanter invitat.

Rostochi,

Literis Heredum NICOLAI KILII, Acad, Typ.
ANNO M. DC. LX,

172. C - 1660



L. B. S.



Literas equidē altrices laudum, educa-
trices gloriæ, famæ nutrices, immorta-
litate conservatrices esse, nemo sani
sincipitis dubitabit. Illis enim nil ho-
nestius, nil dulcius, nil majus aut præ-
clarior humano generi est concessum, & quod ex-
cellsum aut sublimem animum magis deceat, ac à vi-
tiorum sordibus, effrenatisq; cupiditatibus, mentes
mortalium, ad virtutem, honestatem, & dignitatem
sublevare & erigere valeat: Illæ solæ fidelissimæ sunt
vitæ hujus caducę duces, virtutū indagatrices, vitio-
rū expultrices: Illæ instar smaragdorū preciosissima-
rum suaviter & perpetuò virent: Illæ solæ rebus præ-
clarè gestis immortalitatem donant: Sed ex omnium
præstantissimarum literarum complexu, præcipuam
(post Sacrosanctam Theologiam) Jurisscientiam si-
ve Jurisprudentiam dixerimus, de quâ id, quod
communiter de omnium literarum excellentiâ ad-
ferri solet, potiori ratione non immeritò adseritur.
Hæc nimirum benignissima Orbis mater est, à quâ in
omne hominum genus, leges & jura manarunt: quæ
benefactis præmia & honores decernit; quæ malefa-
ctis signominiam & supplicia irrogat. Hæc sublatâ,
non

non domus ulla, non civitas, non hominum inter-
se societas, non ipsa deniq; rerum Universitas, stare
ac tueri se, vel per temporis punctum posset. In qui-
bus Rebus publicis illa dominatur, illinc fraudes,
doli, & perjuria exulant. Non adulteri, non fures, non
sicarii, non venefici, non raptores non latrones, &
itinerum obsessores, aliive delinquentes reperiun-
tur ve etiam reperti impune dimittuntur. Et quid
quæso in hisce rebus, terrenis, societatem hominum
inter ipsos, & vitæ communitatem promovet? Ju-
risprudentia. Quid nobis, patriæ charitatem, pa-
rentum pietatem, fraternum amorem, bonorum
hominum amicitiam inculcat? Jurisprudentia. Quid
honestè vivere, alterum non lædere, suum cuiq; tri-
buere docet? Jurisprudentia. Sanè quò magis in ejus
dignitatem ac emolumenta quæ parit, oculi mentis
conspiciuntur, eò magis stupere cogimur; verbaq;
quibus Ejus præstantia celebretur, vix reperiuntur.
Parens quoq; vitæ nostræ audacter adferi potest: Ju-
risprudentia quippè, non solum ut vivamus sed &
benè vivamus efficit. Parentes magnis laboribus &
ærumnis opes nobis quærunt; Jurisprudentia stabi-
lem earundem & quietum nobis usum largitur: Pa-
rentes contrà aliorum injurias nos strenuè defen-
dunt, quæq; vitiosa in nobis sunt, benignè corrigunt.
Jurisprudentia hoc ipsum multò melius præstat; dum
omnes vacuos à metu, à curâ solutos, immunes à sol-
licitudi-

licitudinibus reddit, leges præscribit, urget, explicat, cuetur; non potentiam cuiusquam reformidet; non gratiã vel odio flectitur; non deliniri sese precibus, non preciõ aut pecuniã corrumpi & adulterari patitur. Secus sentiendum de spurcissimã illã Rabularum arte, quæ venalia prorsus omnia sub specie reãti exhibet, venalemq; linguam, manum, animam ipsam possidet. Quæ jura turpissimè cauponatur, legesq; ut ceram habet, in turpis sui lucri aucupia sequacem. Quæ favore aut odiõ ad gratiam vel pœnam consilia flectit, lites dolosè & captiosõ verborum, circuitu ferit, causas involvit, leges pro arbitrio torquet, judicia prolatat, terram mari miscet, & quasi histrioniam excercet; excercet sordidissimum & non è Rebus publicis modò sed & finibus naturæ exterminandum Jurisprudentiæ propudium, ut illiã quibus unctiores referre manus, in causã triumphent aut saltem gratiã elabatur. Alii contrã vel sumptibus attriti, vel moræ pertasi, damnosis conditionibus pacisci cogantur. Absit hanc teterrimam veræ Jurisprudentiæ pestem veram nominare Jurisprudentiã. Ubi enim in Philosophorum chorõ non Sophistæ superbi ac avari consistunt, uti & inter Medicos non venefici, non pharmacopola circumforanei, non apnosæ ac dentilegæ vetulæ locum inveniunt, uti nec inter Theologos Hæretici censentur; qui ad suam pravam voluntatem sacram scripturam, cum Ecclesiæ scandulo, cum Academiãrum dedecore,

core, & animarum simplicium dispendiô torquent.
Ita neq; Jurisprudentiæ Jurisq; Consultorum, augu-
stissimô illo digni censendi sunt titulo, qui jus non,
defendunt, & lites atq; controversias inter homines,
non tollere, sed alere ac fovere, vel inscitia, vel im-
probitate, aut avaritiâ conantur. Non est talis, qua-
lem pro dignitate prædicare haud possumus, sacro-
sancta Jurisprudentia, quæ jurâ sanctè & religiosè
tractat, quæ periclitantem innocentiam præsidio
suo sublevat quæ ambigua fata causarum æquâ ju-
dicii lance dirimit, suæq; defensionis viribus in rebus
sæpe publicis ac privatis lapsa erigit, fatigata reparat,
nec minus humano generi providet, quam qui præ-
lii; atq; vulneribus patriam parentesq; salvare con-
tendunt. Et sicut amnes falluginem Oceani, in-
quem fluunt, non mutant; Sic in Jurisprudentiâ,
quicumquæ affectus non diluat iustitiæ severitatem;
Sine quâ leges vel in usu consenscunt, vel fraudu-
lenti artibus circumveniuntur. Ea remotâ nihil
Regna, Principatus & Civitates sunt, nisi magna
latrocinia, nisi audacie ac impietatis alyla nisi Sceler-
rum officinæ, & conelamata nequitiæ latibula; ubi
licentia impunè dominatur & furit, ut potius è mun-
dô solem sustuleris, quam è Republicâ justitiæ me-
tum, & verè Jurisprudentiæ, quæ illam profitetur,
cultum. Hanc jam animitus amplexus fuit, sedu-
loq; ab ipsâ juvenili atate excoluit, Præstantissimus
& Exi-

& Eximius DN. MATTHIAS Schröder/Rostochiensis. Qui à Parente Optimo & Integerri-
mo, piè & honestè educatus, & præter alios fidelis-
simos præceptores, Viro Clarissimo DN. M. HIE-
REMIA NIGRINO, Scholę Rostochiensis Recto-
re Eruditissimo usus, ab eodem humanioribus disci-
plinis egregiè fuit imbutus. A. 1646 Inclutissimam,
nobisq; Vicinam Rempublicam, accessit, ibidemq;
in præstantissimarum artium studio annum exegit.
Anno 1647. diei. Novembris contulit semet ad Illu-
strissimam illam Borussornm & Regiomontanam
Academiam, in quâ inter alios, M. ULRICI Schön-
bergeri/ Viri Doctissimi informationi se devovens,
Biennium absolvit, & in diversas scientias totis in-
dustrię viribus incubuit ut aliquandò & parentibus
gaudio & amicis præsidio, & Patrię emolumento es-
se posset. Biennio Regiomonti completò, revocatus
ad patrios lares, Jurisprudentię matri benignissimę,
Reginę placidissimę, (quę observatores sui præmiis
accumulat) totum se consecravit, & in eâ præcepto-
res adhibuit Consultores Juris & Candidarum le-
gum scientissimos, in consiliis dandis felicissimos in
patrociniis fidelissimos, nempè DN. HENRICUM
Rahnen/ DN. CONRADUM Schuckman/coelitem
jam consortio adscriptum DN. IACOBUM SEBA-
STIANUM Laurenberg/ DN. HENRICUM Schnit-
ter/coelo quoq; redonatum, & Dominum DANIE-
LEM

LEM CONRADI, (cui præcipuè uti amico intimo,
ejusq; ingenuè institutioni non medioeres in lure
Utroq; Progressus attribuit.) Ubi verò jam haud mi-
nima Nobilissimè hujus scientiè fundamenta jecit,
subtrahere se à consortio eorum, qui cursum studio-
rum feliciter inchoatum non modicum remorari
videbantur, Majoremq; animi tranquillitatem quâ
Musè inprimis delectantur adipisci exoptans, Anno
1653. Chilonium in Holsariâ semet contulit, & ibi
biennium, & dimidium anni mensâ Viri Consultis-
simi atq; Doctissimi DN. MARCI Kehlblad/ Regio-
nis Cimbricè Protonotarii, (qui ipsi unicum filium
suum erudiendum concrediderat) usus, ita literis ho-
nestissimis, præcipuè autem Jurisprudentiè studio
pectus instruxit, ut reversus ad parentes, egregia do-
ctrinè argumenta præbuerit atq; intrepidè semet
Amplissimè facultati nostrè Juridicè tradiderit, atq;
præsentaverit. A quâ etiam condignum laborum,
Virtutis & Doctrinè præmium supremos, scilicet in
eadem ipsâ, Honores Doctorales, decenter flagi-
tans; cum in privatò examine non parum rigorosò
laudabilia sane Utriusq; Juris scientiæ documenta
Nobis omnibus ostenderet, unanimibus suffragiis &
votis, dignissimus, cui honestè expetita summa in
utroq; lure Insignia Doctoralia concederentur, est
judicatus. Ut interim Ejus Eruditio præclara omnib;
etiam & singulis luculentius innotescat. Hunc no-
strum,

strum, DN. Candidatum, Divinâ ope, die. V. Mensis Julii. de Excellenti maximeq; in foro Jurisq; Processu necessariâ materiâ; Nempè de PROBATIONIBUS, disceptaturum, communiae publico Omnium Eruditorum Iudicio & censuræ exponemus. Qui publicæ disputationis Inauguralis Actus, ut eo splendidior & conspectior evadat, Magnificum DN. Rectorem, Plur. Reverendos, Consultissimos, Experientissimos, Clarissimos Dnn. Professores, Omnium Facultat. Doctores Licentiatos, Verbi DEI Ministros, Philosophiæ & artium Magistros, Nobilissimam & Lectissimam Studiosæ Juventutis Coronam, ut & Omnes ac singulos cætui Literatorum faventes, officiosè & amicè obsecramus, ut postpositis aliis curis, & negotiis, Actum hunc honorificâ & desideratissimâ præsentia cohonestent. Doctrinam in Utroq; Iure DN. Candidati ipsi quoq; explorent, & de hac præclarâ atq; utilissima Materia disputaturo benevolas ac benignas aures accommodent. Nos ut tantum favorem & benevolentiam, (quam jam in dubium non vocamus) omni officiorum ac obsequiorum genere, velut grati pectoris referâ rependamus, omnibus viribus annitemur.

P. P. Rostochii sub Sigillo facultatis Juridicæ
die XXIV. Mensis Junii. Anno Domini 1660.



aliquam præsumtionem sic elisa *Hahn. ad Wesf. de*
 pro exploranda veritate, et. ex officio deferre tenet
junct. c. n. caus. 36. q. 5. Gaill. d. O. n. 108. nec impedit illi
3. d. c. ult. Salyc. ad d. l. 3. n. 29. Quod si tam actor qui
 pro alterutro major præsumtio victoriæ & veritatis
 implene probata sit directo contraria intentioni a
 invicem se non compatiuntur, an v. non, priori causa
 favorabilior actore *l. 25 d. R. I. reus est absolvendus*
Edend: posteriori casu licet actor probaverit suam
 sacramentum super exceptione semiplenè probat
 probavit *Salyc. ad l. 3 C de R. C. n. 26.* Habet locum
 ponderis *Jaf. in l. 31. de jurej. n. 260. vers. quintus casus*
 aut iis, qui maximi sunt momenti *Salyc. ad d. l. n. 27*
 in his si plus quam semiplenè fuerit probatum, lo
 n. 29 de *Spons.* modo agatur de matrimonio contr
 strahendo *Salyc. ad d. l. 3. n. 6.* Judiciale a: & volunt
 causa civili, tam privata quam publica & famosa
 v. criminali, nisi quoad præjudicium partis *Salyc.*
 & 24. In matrimonialibus pro matrimonio, non v
 Insuper jusjurandum necessariam à cæteris in hoc
 nec referri nec remitti possit, sed nulla interposita
 non solum ab illius delatione sed et. si sit lata sententia
jurej. c. f. n. 17. Myns. 2. O. 14) necessario sub pœna suc
12. §. 2. C. b. t. Myns. 2. O. 39. nisi revocatio sit facta.
 2. Quod prætextu perjurii instrum. postea reper
 non quidè ipso jure sed num ope restituit. in integ
 discursu. Aliquãdo et. juram: alicui delatū habe
 pit delatū, ante præstationem nulla sua culpa int
 nunciatae aut intra terminum datum ad jurandum
ult: in f. C. ad L. Jul. rep: non tñ. eodem modo fac
 hic suam intentionem legitime probare tenetur.
 tis non egreditur nec heredem obligat *arg. l. 28 §*
 Purgatorium Jusjurandum est, quod judex alter
 bationis, modo quis sit gravatus suspicionibus, tñ
 quando minus quam semiplenè contra reum qui
 gandi causa desert *c. ult: de purg. can. Nov: 72 c. 3. au*
d. l. O. C. p. 2 tit. 10 Pac: l. 1. c. 39. n. 13. & 14 & c. 51 n. 23
 civilibus, quantumvis famosis, ut actione injuri
 sint atrocias. non d. c. n. r: de purg. can. l. f. C. de abo

proopia probationum
cred. l. 31 ff. de jurej.
 causæ conclusio d. l.
 enè probaverit, nec
 t an rei exceptio se
 nè probantis, ita ut
 n pari causa reus que
 e juramenti *L. 4. C. de*
 eo tñ. deferri debet
 , quando reus nihil
 n in civilibus exigui
 bus *l. ult. C. de prob:*
 matrimoniales, licet
 ur *Schn. ad 3. de nupt.*
 impediendo aut di
 ossunt super quavis
 o. §. 3. ff. de jurej. non
 ad §. 11 3 de col n. 22.
 tuntur *Schn. d. l. n. 26.*
 m naturam, quod i.
 quæ alias fieri potest
 urejurando *Borch. de*
 stari debeat *d. l. 3. d. l.*
 . *junct. l. 14. de re juda*
 tetur *l. 31. ff. de jurej.*
 res clara fiet in publ.
 , si nêpe is, qui susce
 pore sententiæ pro
 . *l. 39. de R. I. junct. l.*
 heredem transit, sed
 um personam juran
 ad *Wesf. de jurej. n. 9.*
 l. in defectum pro
 am sufficientibus, vel
 n, ex officio sui pur
 C. de pen: jud. *Hahn:*
 habet non solum in
 n criminalibus l. hæc
 hus, qui nos: *inf. it. X. de*
 purg:



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.